



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Plurimis occupationibus oneratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Theologicum illē compendium inchoasset, eo rapto in Canisium transtulit. Is imparem se tanto oneri sentiens (nemo enim vñquam de se sensit modestius) egit ipse, agendumq; cum Ignatio cūravit, vt in alios de societate, quibus sapientia par, & facultas idonea suppeditaret, traduceretur. Et B. Pater theologicam summam Lainio: Sacerdo-  
 talem institutionem Andreæ Frusio assignauit:  
 ipsi Canisio Catechismū: qui demum solus præ-  
 scriptam sibi partem absoluit. Nam Frusio vitæ  
 finis, Lainio Generalatus interuenit. Ceterū ita  
 demum locupletatum, perfectumque est Canisij  
 opus, talesq; idem edidit in Euangelia totius anni  
 notas, vt omnium partes explesse visus sit. Sed hęc  
 postea eueneret.

Catechismus  
Canisius in-  
betur seri-  
bere.

Cum primum autem Viennam adiit, & bis plurimis ac-  
 cupationibus in hebdomada scholas in Academia habebat, &  
 studiorum regēdorum præfecturam gerebat do-  
 mi, & sanctionibus quibusq; diebus ad sancti Do-  
 minici (Ea tum Collegij sedes erat) dicebat ad po-  
 pulum tanta constantia, vt quamuis per autum-  
 num pestilentia desæuire cœpisset, tamen nun-  
 quam intermisserit, sed potius frequentarit con-  
 ciones, admiratibus Germanis saltus alienæ stu-

dio

I 2

dio ita flagrantem animum. Mirè autem & summis, & infimis agendi, dicendiq; ratio probatur. Itaq; Senatus ipse Consule misso, rogauit vt in Templo sancte Mariæ ad ripam, quod secundum Episcopale Ciuitati commodissimum erat, concionari placeret. Iam verò haud doctrina magis & eloquētia quam viri sanctitas celebrari: ac nobiles foeminæ ad eius institutionem accurrere: & idem passim ad ægrotos accersi, tum vt animis, tum vt corporibus diuina ope mederetur, præfertim postquam cælestis medicinæ experimenta conspicī cœpta sunt. Duarum ego in literis Energumenarū curationem reperio: sed quia vereone vna eademq; sit, quam posterior epistola subtilius exequatur, vt integrū sit lectori iudicium, ipsarum producam narrationem literarum. Petrus ergo Schorichius literis extremo Augusto datis anno 1552. cum de iis quos Canisius ad Christi partem adduxerat retulisset, ita subiecit. Spero. quidem fore vt plures generet Christo hic Pater, vbi Viennenses vitam ipsius, & mores inculpatissimos interius cognouerint. Accersitur etiam ad infirmos nonnunquam, vt spiritualis Medicus animæ quoq; sanando languori spiritualem me-

ob

dici.

*Aliquos mirabiliter curat.*